Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et filius hominis confitebit illum coram angelis dei Lucam
Ant. Descendens iesus de monte: stetit in lo
co campestri: et turba discipulorum eius et multi
tudo copiosa plebis: ab omni iudea et ierusalem: et maritima: et tyri: et sydonis: qui venerunt ut audirent
eum: et sanarentur a langworibus suis Et qui
vexabantur a spiritibus immundis: curabantur:
Et omnis turba querebat eum tangere: quia virtus de illo exibat: et sanabat omnes Et ipse eleva
tis oculis in discipulos suos dicebat Beati pau
peres: quia vestrum est regnum dei Beati qui nunc esuri
tis: quia saturabimini Beati qui nunc fletis: quia ridebitis Beati eritis cum vos oderint homines.
et cum separaverint vos: et exprobraverint et ejecerint nomen vestrum tamquam malum: propter filium hominis
Gaudete in illa die: et exultate: ecce enim merces
vestra multa est in celis Secundum Lucam.
Ant. Dixit i. d. s. Cum audieritis pla
ca et bellum: nolite terreri Oportet primum
hec fieri: sed non dum statim finis Tunc dicebat
illis Surget gens contra gentem: et regnum ad
versus regnum: et terremotus magni erunt
per loca et pestilencie: et fames: terroresque de ce
lo et signa magna erunt Sed ante hec omnia im
icient vobis in manus suas et persequentur tradentes in synagogas et custodias trahentes ad re
ges et presides propter nomen meum Continget
autem vobis in testimonium Ponite ergo in
cordibus vestris: non premeditari quomodo
respondeatis Ego enim dabo vobis os et sapi
entiam cui non poterunt resistere et contradicere omnes